ANGELOMUS LUXOVIENSIS
Salzburg, St. Peter, um 850/859 Seite 31r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



tia ergo significat ipsam contemplationem ueri-
tatis ab omni ore humano alienam quia est in
effabilis. Unde fison oris mutatio Interpretatur;
quam si eloqui uelis parturis eam potius quam paras
quia ibi au diuit paulus ineffabilia uerba quae
non licet homini loqui; Et ideo euilat interpretatur
parturiens siue labor quam circuit; quia cum la
bore pprudentiam magis parturit ipsam contem
plationem ueritatis quam pariat quia plenitur
nullus eam conprehendere ualet. ibi nascitur
aurum disciplina uidelicet uiuendi quam aliena est
atque decocta nitescit ab omni sorde uelut au
rum purum. ibiq; inuenitur bdellium qui alio no
mine carbunculus inscribitur significat ueritatem
quam nulla falsitas uincit. sic carbunculi fulgur
nullis tenebris noctis superatur. Et lapis onihi
nus qui alio nomine prasinus inuenitur. signifi-
cat uitam aeternam sua uiriditate propter uigorem
uitae quia non arescit. Geon qui circuit omnem
terram et hiopum calidam feruentemq; significat
fortitudinem calore actionis alacrem atque in-
pigram quae superat omnem segnitiem et peruenit
ad feruorem dilectionis, Tertius tigris uadit